Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



seph quoq; ait. De benedictione
dni terra eius. de pomis celi
et rore atq; abysso subiacente
De pomis fructuum solis ac lu
ne: de vertice antiquorum mon
tium: de pomis collium eternorum
et de frugibus terre et de plenitu
dine eius. Benedictio illius
qui apparuit in rubo veniat
super caput ioseph et super verti
cem nazaree inter fratres suos
Eruas primogenito thauri
pulchritudo eius: cornua ri
norocotis cornua illius. In
ipsis ventilabit gentes usq;
ad terminos terre. Hec sunt mul
titudines ephraim: et hec mi
lia manasse. Et zabulon ait
letare zabulon in exitu tuo et
ysachar in tabernaculis tuis
populos vocabunt ad montem
ibi immolabunt victimas iusti
tiae. Quia mundaciam maris
sicut lac sugent: et thesauros
absconditos arenarum. Et gad
ait. Benedictus in latitudine
gad. Quasi leo requiescit: ce
pitq; brachium et verticem. Et
vidit principatum suum quia in pte
sua doctor esset reconditus qui
fuit cum principibus populi et fecit
iustitias dni et iudicia sua
cum israel. Dan quoq; ait. Dan
catulus leonis: fluet largiter
de basan. Et neptali dixit:
Neptalim habundantia perfiue
et: et plenus erit benedictio
nibus dni. Mare et meridiem
possidebit. Aser quoq; ait. Be
nedictus in filiis aser. Sit
placens fratribus suis: et in
tingat in oleo pedem suum. Ferri
et es calceamenti eius. Sicut dies iuuenis tui ita et
senectus tua. Non est alius ut
deus rectissime. Adiutor cel
mediator tuus magnificentia
eius discurrit nubes. habitaculum
habitaculum eius sursum et
subter brachia sempiterna. Dele
et a facie tua inimicum dixit
que conterere. Habitabit israel
confidenter et solus. Oculus ia
cob in terra frumenti et vini
celique caligabunt rore. Beatus
es israel. Eius populus qui saluaris in dno. Scutum au
xilii tui et gladius gloriae tui
negabunt te inimici tui et tu
super colla eorum calcabis. XXXIIII

Ascendit ergo moyses de campestribus moab
super montem nebo in ver
ticem phasga quae est contra iericho.
Ostendit ei dns omnem terram
galaad usq; dan. et omnem
neptalim. terramq; ephraim et
manasse et omnem terram usq;
ad mare nouissimum et austra
lem partem et latitudinem campi
iericho ciuitatis palmarum
usq; segor. Dixitq; dns ad
eum. hec est terra quam iurauit
abraham ysaac et iacob dicens
Semini tuo dabo eam. Vidisti
eam oculis tuis. et non transibis
ad illam. Mortuusq; est ibi
moyses seruus dni in terra
moab iubente dno: et sepeli
uit eum in valle terre moab
contra phogor: et non cognou
it homo sepulchrum eius usq;
in presentem diem. Moyses centum
et viginti annorum erat cum mo
reretur. Non caligauit oculus
eius: nec dentes illius mo
ti sunt. Fleueruntq; eum filii israel
in campestribus moab triginta die